



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 12. Ejusdem summi Pontificis Benedicti XIV. humanitas erga devios a  
veritate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. mas, non sine maximo Sedis Apostolicæ  
 A. C. 1741. cæ fastidio ac decremento.

## §. XII.

*Ejusdem summi Pontificis humanitas  
 erga devios a veritate.*

Inter alias excelsi animi dotes præcipue in Benedicto XIV. Papa eminentiora ejusdem moderatio ac humanitas, qua, etsi errorum hostis esset impetabilis, erga errantes se vel maxime in nevolum, facilemque semper exhibuit hinc frequens illi erat epistolare commercium cum Protestantibus, præsertim eruditionis fama inclytis, quos moderatione, expositæ veritatis potestate & christiana tolerantia ad rectam sententiam revocare nitebatur. Paternam pietatem miserationis lacrimis identidem deplorabat pertinaciam illorum, qui misere decepti obfirmato animo Quærellianæ factioni adhæserunt; horum paucos literis apostolica unctione ad erroris agnitionem reduxerat, quosque tandem omnes ad Christi ovile convocaret, ipsum Ludovicum XV. Franciæ Regem, ut fertur, datis literis impense hortabatur, ut adversus sacrosanctos, qui Constitutionem *Unigenitus* (tametsi tamen periculosos motibus) acceptas renuerunt, severiores pœnas non applicaret.



plius decerneret, eoquod spe minime Sec. XVIII.  
 vana duceretur, fore, ut se regnante, A. C. 1741.  
 ac Rege operam suam conferente firma  
 pax Ecclesiæ redderetur. Nec sua eum  
 opinio fefellisse videtur; ab eo enim  
 tempore refragantium intemperies plu-  
 rimum resedit, eorumque numerus in-  
 dies minuebatur, & nisi paucorum ne-  
 quitiae Parlamenti, ac laicæ potestatis  
 sibi Ecclesiasticam jurisdictionem arro-  
 gantis auctoritas robur addidisset, Jan-  
 senismus pene in phantasma fumumque  
 abiisset.

Præprimis vero præclaro submissio-  
 nis exemplo præluxit hoc anno Sorbo-  
 na, quæ non modo præfatam Consti-  
 tutionem ore & animo recepit, sed e-  
 tiam statuit, ut quilibet ex Doctoribus,  
 Licentiatis &c. eandem acceptare, &  
 Regio mandato morem gerere teneatur,  
 secus sua dignitate omnibusque juribus  
 ac prærogativis privandus. Hanc in-  
 rem Sorbona Regis jussu sequens acce-  
 ptationis juramentum a quovis præ-  
 standum præscripsit: *Ego N. N. Consti-  
 tutionem Unigenitus tanquam dogmaticam  
 fidei regulam ab universali Ecclesia receptam  
 accepto, & Facultatis Theologicæ decreto  
 hac in re die decima quinta Decembris anno  
 1729. edito consentio, eique firmiter adhæ-  
 reo, hancque meam adhæfionem legitimo te-  
 stimonio confirmari peto.*

B b 5

§. XIII.